
227
E 63

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 63




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 63

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 63



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 63



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 63



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 63

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 63

~~N.K. I. 72~~
227 E 63
NK. 1278

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 63

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 63

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 63

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 63

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 63

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 63

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 63

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 63

LZ Poes N° 1428
d. t. t. 72

Clemponis theſſaliēſis carmina et epigrāmata pulcherrima. Hecatoſtichō de innocentibꝰ pueris ab iniq̄ rege Herode vt ⁊ puerū Jeſum ɔ̄phenderet trucidatis

Vt tandem ſolymas grandi comitante caterua
  Fulgida perduxit ſtella oriente magos
Intrepide rogitant vbinam ſit rex modo natus
  Stemmate dauitico quem noua ſtella docet
Tu qui cuncta vales rex inclyte maxime regum
  Quem virgo pariens intemerata manet
Unde bonum omne fluit. maculas abſterge. ſoluta
  Vt valeant gratos plectra ſonare modos
Gratia adorandi quos quum veniſſe videret
  Expauet herodes frigidiore metu
Inde ſacerdotes ſcribas legiſqꝫ peritos
  Aduocat occulte certior eſſe volens
Dicite qua chriſtus celi regione micabit
  Natali hebreis rex datus ipſe ſuo.
In bethleem iude concordi voce ſacerdos
  Omnis reſpondit. pagina ſacra probat
Hec vbi rex audit turbatur pectore toto
  Regi turbato conſtrepuere viri
Non eſt quo timeas natum rex impie chriſtum
  Terrea non aufert celica regna ferens
Deinde ſalutatum reges iubet ire ſub iſta
  Nuncius vt redeat conditione tamen
Scilicet vt puerum regi denunciet eſſe
  Inuentum. ſimulans dicit adoro deum
Non pudet o princeps celorum tendere regi
  Inſidias. temnit quaſlibet ille virum
Vtqꝫ iouis volucris celeri ſublata volatu
  Tela ſagittifere non timet vlla manus
Sic tua contemnit chriſtus conata tyranne

a i.

Koninklijke Bibliotheek te's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 63

Noſce creatorem. deſine ficta loqui
Talia quum dixit ſimulata mente camelos
Aſcendunt reges protinus alipedes.
Ecce iterum ſtellam leti videre priorem
Et bethleem celeres corripuere magi
Tecta ſubint: antes regemqꝫ deumqꝫ ſalutant
Munere quod triplici magnificoqꝫ probant
Aurum thus myrrham regiqꝫ deoqꝫ hominiqꝫ
Poplite curuato myſtica dona ferunt
Qui celum terramqꝫ regit qui trinus ⁊ vnus.
Ponitur. heu. ſtabulo fetidiore puer
Non humili iacuiſſe loco tua maxima virtus.
Dedignata fuit cornigerum ante bouem
Ampla magi veſtras tenet admiratio mentes
Celicolum regem faſcia ſtricta ligat
Ante ſuum natum pronam ſpectare puellam.
Hec peperit virgo ſtella decore nitens
Ut libet hunc manibus puerum tractare licebit.
Grataqꝫ ſunt iſti munera veſtra deo
Angelus ecce patris celo delapſus ab alto
Conuenit his verbis nocte ſilente magos
Ne remeate patres ad regem occidere natum
Diuinum infantem corde volutat atrox.
Ille vbi ſe luſum ſpem contra ⁊ pacta videret.
Eſſe magis. ira percitus ora quatit
Et furit inſtar apri ſpumantis voce citati
Rugitu ve leo quis furor arma dedit.
In bethleem iude celeres iubet ire miniſtros
O dolor heu miles quo ruis enſe minax.
Ite trucidantes inquit bimatus habet quos
Inferior ve etas ite necate citi.
Matris ab amplexu pueros rapitote necandos
Nec trepidate aliquem neue timete patres.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 63

Ecce ruunt ſcelerum preſto complere miniſtri
Terribiles viſu. rex quid inique iubes.
Ut chriſtum interimas puerorum millia tanta
Precipis occidi. nec pudet innocuum
Te retrahant matrum planctus. en puſio dulcis
Carnifici arridens te reuocare velit
Non tamen hoc aſtu poteris concludere regem
Celorum. inſidias poſthabet ille tuas
Heu dolor heu planctus nulla pietate moueris
Saxea quandoquidem corda tibi eſſe liquet.
Principe ſed regeris tenebrarum. principe eodem
Ad ſtyga detruſus non rediturus abis.
Hic iugulum ſoluit roſeum funditqꝫ cruorem
Rimaturqꝫ alius viſcera tranſfodiens
Triſtia graſſantur ſpectacla per oppida iude
Perqꝫ domos omnis corpora ſtrata iacent
Hic dolor hic lachryme planctuſqꝫ ad ſydera ſcandens.
Detrahit vberibus pallia meſta nurus
Numine apollineo vt quondam eſt agitata ſybilla
Utqꝫ tygris catulis orba furore ruit.
Sic matres puerum furibunda voce ruentes
Carnificum iugulos dente feroce petunt.
Et facies truculenta notas ex vngue reportant
Languida ſic matrum corpora deficiunt
Hec eſt illa dies totum celebrata per orbem
Sic vates cecinit. ſic tibi chriſte placet.
Non conſolari Rachel vult pignora deflens
Luget et amiſſos femina filiolos
Agminaqꝫ innocuas animas celeſtia ducunt
Elyſium in campum. pax vbi tuta viget
Turba prophetarum venit obuia. terqꝫ ſalutant:
Oſcula redduntur. dantur vtrimqꝫ manus
Et ſtupet ardenti cunctos veſtiriet oſtro.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 63

Et q̄ temporibus florida ſerta gerunt
Felices triſtem matres deponite amictum
Exultant veſtri credite filioli.
Nos memores noſtri felices viuite ſemper
Et date ſtelligeri ſcandere regna poli.

Ad laudem diui Nicolai

Salue hodierna dies Nicolai feſta libenter
Annua que repetis ſalue hodierna dies.
Ex alto qui cuncta vides qui cuncta gubernas
Prudenter. ceptis annue queſo meis
Tu quoqꝫ quem canimus pſallentis dirige linguam
Dictitet vt faciles ſacra Thalia modos.
Edidit hunc poſtq̄ genitrix. mirabile viſu.
Vbere materno ſobrius abſtinuit.
Aſt anni celeres rapidi qui fluminis inſtar
Semper eunt. puero robora firma dabant
Hunc vbi preceptor tenuit genitrice relicta
Artibus imbuitur ſcilicet ingenuis.
Gratia celeſtis neſcit molimina tarda.
Moribus exemplar en Nicolaus adeſt.
Rebus in humanis quid enim ſtudioſa iuuentus.
Moribus ornato pulchrius eſſe poteſt
Si male moratus tibi quid dialectica pugnans
Vel ſterilis tandem philoſophia dabit.
Tuqꝫ puellarum tacite integritatis amator
Ne pudor abcedat pondera fulua iacis
Sollicitus populo dum deeſt. Nicolae vocaris
Paſtor. ad ethereum ducere ouile gregem.
Tris adoleſcentes ſaluaſti iudice in quo
Carnifici addictos. pace in abire iubens.
Iure igitur totum volitat tua fama per orbem.
Plurima mortali in corpore mira facis.
Chriſticolum gratis cui nemo ſeruijt vnq̄

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 63

Premia ſed factis grandia multiplicas
Precipis innumeros hunc poſt tua regna labores
Expectata diu ſcandere celſa poli
Illius exemplo monitus meliora ſequatur
Poſſit vt ethereas letus adire domos

Ad imaginem diui Nicolai a phiſicis inſtauratam

O Omnia corrodens nitidam carioſa vetuſtas
Formam ſuſtulerat o Nicolae tibi
Angulo in obſcuro ſtabas ſine honore ſacelli
Et tibi vix anno cereus vnus erat
Triſte inſtaurauit ſimulacrum contio leta
Splendida que forma eſt puluerulenta fuit
Omnia nunc ſancte loca ſunt decorata capelle
Araqʒ multiplici lumine ſacra nitet.
Redde vicem petimus renouatum crimine ab omni
Clarius efficias durius ingenium.

De illuminatione. conuerſione. et paſſione longini militis

In cruce ſaluator noſter dum pendet ieſus
Dumqʒ Ade immiti crimina morte luit
Preſens centurio eſt quidam mandata pilati.
Nomine longinus triſtia perficiat.
Queritat hic animam rigido mucrone parenti
Quam tua maieſtas tradidit alma tuo
Horrida mellifluum penetrauit lancea pectus
Limpida cum roſeo hinc ſanguine fluxit aqua
Omnia que coſmi potuit delere piacla
Nobis baptiſmum ſanctificando pium
Auricomum liquiſſe iubar tum phebe notaris
Pertimet et motus anxia turba ſoli
Militis armati dum cecutientis ocellos
Guttula liniuit.letus in aſtra videt

Hec vbi longinus vidit miracula. chriſto
  Credit apoſtolica recta monente fide
Vertit et in melius vitam quam turpiter egit
  Mille per errores. obſtupet aſſyria
Ceſarea in primis vera ſub relligione
  Nitentem exemplo quemqꝫ iuuare ſuo
Preſide dum ſtabat coram. pia thura iubetur.
  Poplite curuato ſacrificare deis.
Euomit in facies populo ſpectante deorum
  Quos ait eternis ignibus eſſe datos
Hic iubet excutier dentes. linguamqꝫ reſcindi
  Ut qui blaſphemo leſerat ore deos.
Nil tibi profecit ſtolido dementia preſes
  Longinus loquitur lingua reſecta licet
Idola ſubuertens graditur per templa ſacerdos
  Experier dicens quid deitatis habent
Quod manus artificis redimiuit raſile lignum
  Demones alloquitur quur habitare velint.
Qui reſponderunt illic eſt manſio nobis
  Nulla vbi ſunt chriſti ſigna verenda crucis
Triſteqꝫ deſtituens ſimulacrum ſpiritus ater
  Preſidis hic ſocios preſidis ora quatit
Dumqꝫ petunt veniam preſes ſocijqꝫ. benigne.
  Poſt mea reſpondens fata ego mitto libens
Sponteqꝫ carnifici capite obtruncatus. in aſtra
  Letus abit. triſtes dum iacuere viri
Mens ſubito rediit proſtratis. ſic valuere
  Longini coram vota ſerena deo

Ad laudem dominice reſurrectionis

Conſurrexiſtis domino. celeſtia leti
  Querite qui ſuperas vultis adire domos
Chriſtus ab infernis deuicta morte reſurgens
  Euehit ad ſuperos agmina ſancta patrum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 63

Cuncta reuiuiſcunt domino ſurgente potenter.
  Et reparant priſcum quod tenuere decus
Nulla ſilens auium factori ſoluere laudes
  Geſtit in exortu ſolis ⁊ occubitu
Nunc philomela canit dulci modulamine Chriſto
  Dum refugit titan. dumq; ſerenus adeſt
Exiliens ſtabulo brumali paſcua querit
  Ludit et in viridi gramine leta pecus
Jam decus arboreum frondes ac germina ſurgunt
  Omnia iam redeunt que latuere diu.
Hec eſt illa dies totum vulgata per orbem
  Concluſi tenebris quam petiere patres
Hec eſt illa dies quam ſecula nulla tacebunt
  Morte triumphata gloria noſtra redit
Et docet egregie via que conducat ad aſtra.
  Quinetiam virtus alma colenda venit
Omnia quum ſurgant domino ſurgente. pudendum eſt
  Preſſum hominem vitijs non reuelare caput.
At vos qui nitidum lumen rationis habetis
  Sordida vt ad vomitum ne remeate canis.

Varios hoīes varijs detineri ſtudijs.
Metrum chorianbicum

Sunt quos multigenis ſparſa coloribus
  Atq; infecta iuuat charta rigentior
Felici tribuens aere candido.
Aurum. quod repetit tempore nubilo.
Tam ne eſt grata viris nobilis alea
Ampla vt dilacerent hac patrimonia.
Fortunata manus ludit et accipit.
Si fortuna manum luſerit. omnia
Que longo peperit. perdidit illico
Infelix calida quando rotat manu
Spe lucri ancipitis. mille periculis

Et ſudore graui que peperit dies
Longa. hec ora breuis perdere geſtijt.
Ablatam repetit quando pecuniam
Jllam que ſupereſt perdit et it gemens.
Quis ſi regna Myde non ſterili queas.
Promiſiſſe fide Lidaqꝫ menia.
Non a propoſito dimoueas tamen
Vt lucro ancipiti ludere deſinant
Sunt quos pernicies dulcia liberi
Delectant varijs pocula tractibus.
Plena quis melius nil ſalientibus
Viniſqꝫ indomitis ducitur amphora.
Quos epota iuuant dulcia per dies
Noctesqꝫ aſſiduas bacchica munera
Quadrigaꝫ vt roſeo lumine ſcanderit
Phebus. tam bibere eſt more parentium
Jnfelix ſtudium. dulce bibonibus
Tectum quo fugiant efficere improbum
Caupone poterit nemo, loquacule.
Virtuti vt ſtudeant libera candide
Qua nil pulchrius eſt dedere pectora..
Heu q̄ꝫ difficile eſt ſueta relinquere

¶ Doctus ꝛ generoſus adoleſcẽs Mathias de loe Veniſſe ſue nobili in ꝑmiis ꝛ torquate canicule. q̄ inſcio inuitoqꝫ dn̄o ſuo mathia abijt neſcio q̄. ſic loquit᷑ Mathias

Nobilis ſueti domino Mathie
Naucius paſci pedibus leuatis
Ore porrecto canis actio que
Nouit abire. Veniſſa
Ferculum ſplendens et ofella dulcis
Grata fouerunt domini mathie
Ante non nullis fateor diebus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 63

Quando placebam

Blanda ſeruiui pedibus duobus
Ar. ui fures ego tunc rapacis
Quum mihi ſoli video relictum

Triſte cubile

Ac fores quando reſeraut heros.
Blandior cauda. decies quaterqꝫ
Gratulans lecto ſaliens ſaluto

Uoce magiſtrum

Ut veni dicit venio libenter
Serui vbi dicit. famulor parata
Subſequor cernens dominum exeuntem

Huncqꝫ reduco

Nil ego peccans facio imperata
Queqꝫ gratanter famulam vt fidelem
In decet cunctis. meditans per artem hanc

Poſſe placere

Hec videns ſicco mihi pane ventrem
Extimat ſtultus dominus fouere
Donat interdum ſatis a pereſo

Piſce relictum

Uilia interdum dedit oua ſarde
Quis nec horrendus voluit moloſſus
Murium aut ceſar. dolet et dolebit.

Porrigere ora.

Per dies quadra quoqꝫ ginta pene
Ceu forem ville rabioſa cuſtos
Hunc ego paſtum domini ſeueri

Spreta comedi

Hanc ego ob cauſam veteris mathie
Edibus fugi. gemitum dolore
Miſcui dicens valeas mathia.

Tempore longo. Mathias

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 63

Dicito tandem mea quo locorum
Permanes.fallax que et ofella nobis
Detinet.dulci mea num teneris
Compede vincta. Veniſſa

Monte carmelo maneo libenter
Optime tractor.mihi liberalis
Oſſe carnoſo fouet ecce ventrem hunc
Largior heros Mathias

Carnibus veſci tibi delicatis.
Ut ſacerdotes monuere pridem
Sancta lex chriſti vetat et vetabit
Tempore in illo

Agnus vt iuſtis comedatur ille
Paſcha qui noſtrum bene nominatur.
Poſt dies illos redient beata
Gaudia veris

Longa multorum ſeries dierum
Mille poſt luces iterumqꝫ mille
Non erit finis tibi gaudiorum
Quando redibis

Tardior teſtudine finietur
Gratior multo meliorqꝫ ſemper
Subſequens annus.canis o cupita
Quando redibis. Veniſſa

Vera ſi narrat dominus Mathias.
Fraude ſi non ſunt ſua mixta verba.
Cogitat quidnam faciet Veniſſa
Neſcia fraudis. Mathias

Aureus ſpectat generoſa torquis
Colla cui pendent tua tinnientqꝫ
Si redis bulle.tibi ſic licebit
Eſſe ſuperbam

Que voles quando tibi porrigentur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 63

Coſta. ſeu manis dabitur ferina.
Et feret mollis tua membra lectus
Quando redibis. Veniſſa
Si fidem ſeruat generoſus heros
Magna promittens dominus Mathias
Sordidum linquet monachum Veniſſa.
Jamqꝫ redibit

De dolis gallorꝝ Satyra

Quid non Sequanai nos falſificare docetis
Mens vobis fallax fallacia verba miniſtrat.
Vendere quis docuit fallacia vina. quis inquam
Vos docuit lanij tumefactas vendere carnes.
Dicite vos vetule ad pontem ſi vendere piſces
Semiputres liceat. conchilia olentia praue
Vos quocꝫ paſtillos facientes dicite queſo
Intus quid lateat. quo puluere condiuiſtis.
Quãcꝫ minutatim ſolito de more ſcidiſtis
Num caro talis erat quam dicitis eſſe recentem
Vos quocꝫ qui nummos totiens tractatis adeſte
Reddite a quo tandem tam magna licentia vobis
Eſt data. miramur. nam impune numiſmata quecꝫ
Forfice vel lima ſcindatis vt omnia circum
Callidius nihil eſt vel aqua mordace fricetis
Particulam furtis veſtris ſic adijcientes
Deinde vbi limatum fuerit. pars ſeptima adempta
Simplicitas cui mente ſedens eſt neſcia fraudis
Nos capiet turpis lucri nec vos pudet iſta
Miſſa nec in toto facietis ſcilicet euo.
Non hoc Juſtinus docuit. vos induperator
Exclamat merces ſe permutaſſe doloſo
Argento pauper lachrymans. miſerabile viſu.
Et queritur fruſtra triſtis ſua tecta reuiſens.
Reges diſſimulant. non diſſimulare tribunal

Horrendum didicit chriſti. quod cenſor iniquus
Pena non plectit. feriet grauiore tribunal
In melius tandem veſtras conuertite mentes
Quod ſi nec pietas vlla aut contritio flectit
Si nondum facti vos penitet. accipietis
Ne dubitate ignes et aqua feruente lebetes
Vos quoqꝫ vendentes pannos ⁊ candida lina
Aut ea que ſeres mittunt venalia. nonne
Mille exercetis fraudes. mendacia mille
Carius vt paulo vendatis. nonne lauacrum
Nonne ſacramentum ſanctamqꝫ fidemqꝫ crucemqꝫ
Chriſti. in re falſa iuratis corde nefando.
Numinis in celo nihil eſt quod gallica plebes
Exiguo timeat lucro iurare prophana
Quondam hoc francigene viuebant more. notatam
Quiſqꝫ ineternum benedictum nomen Jeſu
Perferat vt frontem gaudens in falſa vocare
Hos precor hic redeat. ſic ſic punire ſeuere
Blaſphemos decuit iuſta ratione nefandos.
Non dubium meliore loco rex maxime ſtaret
Regnum francigenis inuicto robore fultum.
Iuſticie pauci quam recto lumine norunt.
Quod regnum quotaqueqꝫ domus quã aſtrea celebris
Nunc habitat virgo. phenix vt rata volucris.
Raro ſic colitur francis hec inclyta virtus

Ad deutrium ex patria ſua pariſios reuertentem

Dicite io ſocij modulamine dicite grato
Incolumis tandem deutrius ecce redit
Tu condiſcipulos abiens in vata trahebas
Garrula. nam non eſt lingua regenda manu
Alter enim ridet. ſtupet alter. ⁊ alter anhelat
Poſſit vt exemplo tutus abire tuo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 63

Ante alios doluit cruciatu non ſine multo
  Theſſalienſis. amans qui ſolet eſſe tui
Audiit hic poſtq̄ ſubito dolor omnis abiuit.
  Priſtinus. abcedens deutrius ecce redit
Unanimes cuncti leta te voce ſalutant
  Gaudentes ſtudio te rediiſſe tuo
Dulce iugum domini modicum toleraſſe iuuabit
  En labor optato fine petitus adeſt
Militibus turpe eſt hoſti conuertere terga
  Palma fores pulſat dum propiore gradu
Tu preceptorem quo non preſtantior alter
  Collegii Standonck concipe queſo tuum
Omnis in hoc virtus colitur meliore magiſtro
  Namq̄ gubernaclum nauita doctus habet
Non timet euentus quiſquis maria intrat iniquos
  Alta magiſterio ſi meliore volat

De conflictu qui fuit inter Symonem dauenis & Nicolaum penor cōdiſcipulos in auditorio.

Garrula barbariem britoni plutonia proles
  Dum ſtolide obiectat ſurgit ad arma brito
Alter in alterutrum violentos inicit audax
  Pugnos. aſpicimus contio tota iocum
Verbera pro verbis penſas Nicolae daueni
  Contundis faciem terq̄ quaterq̄ ſuam
Non aliter cupidus Symonem brito cedis anhelum
  Quam ſolet agricola fuſte dolare bouem
Ecce ſonant dentes pulſi ſtridore. videbit
  Num hoc aliquis veſtrum rideat ipſe niſi.
Naribus excutitur ſanguis cruor ora cruentat
  Liuida ſub pugno garrula labra tument
Excipit alliſum paries preſſumq̄ dauenem.
  Garrula non britonum eſt lingua. ſed apta manus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 63

Dum caput eſt pugnis ceſum. extractiqꝫ capilli
Et rigida dentes dum ſonuere manu.
France petis veniam victori brachia tendens
Suppliciter. querela voce mouente caput.
Te rogo mi Penor Symoni hunc ignoſce reatum
Parcius addidicit callidiuſqꝫ loqui
Quod mihi iudicium ſedeat de vtroqꝫ ſodales
Queritis. inuitus. eloquar ipſe tamen
Tu brito precellis. melior tibi dextra lingua eſt
Paucula dum loqueris. verbera multiplicas
Garrula quandoquidem Symoni. ſic credite. vox eſt
Non valet hic manibus garrulitate viget.
At preceptorem quum formidaret vterqꝫ.
Alter abit letus. liuidus alter abit
Excipiunt britones iucundo murmure Penor
Cogitur hic finem pugna tenere ſuum

De icredibili hugonis antuerpieñ mobilitate ac leuitate iocoſum epigramma

Vrbe ſub vndiuago rerum plaſmator Hugoni
Non habet altitonans mobilitate parem
Credo equidem ex alta ſi turri precipiteris
Vt volucris penna. ſic leuitate voles
Tu folium ſuperas agitatum turbine venti
Et ſtipulam vincis tu leuitate leuem
Flumine ſi quiſqꝫ liquido te immergat Hugonem
Non vada. ſed capiet ſumma ſuperficies
Vt lignu m fluitat. nec inanis teſtula ſidit.
Nec bibulus pumex. ſic leuitate nates
Argentum viuum cedit tibi mobilitate
Et leporem pauidum te ſuperare ferunt
Difficile eſt dictu quantum leuitate ſodales
Precellas agili non ſine teſte tuos.
Ecce zelandinus quidam dialecticus audet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 63

Ingrato totiens nos lacerare ſono
Nobilitate ſua vocat in certamine cunctos.
Dummodo contendas. palma parata tibi
Eia age curre moue celeri tua membra volatu
Middelburgenſem ſic ſuperare potes.
Sic tua Pariſiam crebreſcet fama per vrbem
Et referet laudes co ntio tota tibi ¶ Gymnaſiū loquitur
Inclyta quem miſit nob is Antuerpia Hugonem
Subiectum phiſice contio tota vocat
Ingenio clarum notum quoqꝫ mobilitate
Artibus edoctum reddimus ingenuis
Quemqꝫ gradu terno nobis miſerere parentes
Reddimus hunc quarto mobilitate leuem
Ruſtica ſic cecinit Remponis muſa rogati
Que petit in partem ſuſcipitote bonam

¶ In noctiuagos diſcurſores

Est qui dinumerans nocturno tempore vicos
Clamet. et educto ſeuiat enſe minax
Sectantes alij ſcortum. tota vrbe pererrant
Terrifico ſonitu. que docet ebrietas
Maxima ſobrietas virtutum maxime ab omni
Ne vitia inſurgant gente colenda venit
Qui patitur tempus quo nil precioſius extat
Currere deſidia. laude carebit iners
Quur fuco es ſimilis pulchrum vitando laborem.
Nullus ab ingenio deſide ſurgit honos
Crimine deflectas mentem. quin philoſophie
Qui ſtudet o iuuenes. laude perennus erit
Hec noſtram reficit mentemqꝫ illuminat ipſam
Et docet ethereas ſcandere leta domos

Ad magiſtr̄ Corneliū delfum rectorē vniuerſitatꝭ. ad magnū Cācellariū. et ad ceteros doctores ac mḡros in ↄuiuio p̄ntes

Gymnaſij rector noſtri veneran de ſalutem
En tibi circunſtans contio tota canit
Nunc tua pariſeam crebreſcit fama per vrbem
Diceris ⁊ patrie gloria magna tue.
Eloquij princeps quem Cancellarie ſalue
Laurea pontifici iuris in aſtra leuat
Lacteus eſt ſermo tibi confiteamur oportet
Mellifluus docto prodit ab ore ſonus.
Vos quoqꝫ per celebres quos pagina reddidit alma.
Unde anime poſſit longa venire ſalus.
Pergite.nam nihil eſt ſtudio hoc felicius vno.
Que damus in partem ſuſcipitote bonam
Noſtra eſt multiplici ceruix onerata labore
Jam iam deficiet pondere victa graui
Efficite vt detur ſtudij intermiſſio nobis.
Clarior hinc animus quippe redire ſolet
Eſte precor faciles precibuſqꝫ intendite noſtris
Et date que petimus liberiore manu.

Diſcipuli dialectici Roberto theologo preceptori mittunt hoc epigramma cum munuſculo quodam

Ingeniū viuax faciens dialectica alumno
Te facit inſignem laudibus innumeris
Te vitij expultrix decorauit philoſophia
Atqꝫ tuo gaudet pectore tota ſedens
Pagine amor ſacre ſtudia ad diuina vocauit
Hinc eterna ſolet nonne venire ſalus.
Integritas en mente ſedens vite melioris
Te facit exemplar nobile diſcipulis.
Ante aliam felix gaude ſtudioſa iuuentus
Cui preceptorem hunc fata dedere pia
Hoc tibi Roberto mittit dialectica munus
Et rogat vt leta ſumere fronte velis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 63

Collaudanda quidem mens grata eſt diſcipulorum
Munere plus modico. te meliora manent

¶ Epitaphium Arnoldo bece vtriuſqꝫ iuris profeſſori quondã ordinario interpreti vniuerſitatis louanienſis

Hic Arnolde iaces legum iuriſqꝫ profeſſor
Eximius. patrij gloria magna tui
Gymnaſium dum vita manet te louanienſe
Extulit inſignem laudibus innumeris
A te conſilium dux Carolus atqꝫ philippus
Curia romani regis ⁊ ipſa capit
Inclyta te genuit Mechelinia. Pariſienſi
Conſilio clarum parca ſeuera necat
Poplite curuato iuuenis te hec ſaxa precantur
Fundere pro tanto verba ſerena viro

¶ Epitaphium magiſtro Cornelio oldendÿck artium liberalium magiſtro. ⁊ in ſacra pagina ante multos annos donato licentia rectori collegij Calui

Diues opum genuit hollandia nobile munus
Cornelium inſignem parca ſeuera tulit
Pagina ſacra gemit. merito hunc dialectica luget
Ac phyſica alma dolent certa mathematice
Mors validum doctum cum diuite ſternere gaudet
Virtuti ſtudeas que vnica morte caret.
Eia anime gratam iuuenis dic queſo ſalutem
Pace dei gaudens ſit tibi cura mei.

¶ De pugna que fuit in auditorio inter Oliuerũ ⁊ Joannem Enfantem

Hic locus eſt britorum. celeri pede cedite cuncti
Sed negat Enfantis ſeua Oliuere manus
Jurgia precedunt. dehinc verbera dura ſequuntur
Liuor habet faciam nunc Oliuere tuam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 63

En brito conqueritur lachrymans. ſed chare Joannes
Labitur ex oculis guttula nulla tuis
Magnanimum cuncti te confiteamur oportet
Germanum. nobis hoc tua facta probant
Uox tua vox galli. vultuſq; animuſq; virilis
Germanum liquido te probat eſſe virum.

Ad Joannem boſquilon

Et tibi confiteor ſcribendi vena Joannes
Dulcis. qui ſubito carmina digna canis.
Durior eſt contra Kemponi vena. labore
Uilia qui multo carmina rauca ſonat
Munere palladio excellis. Uenus aurea formam
Dat. tibi muſarum rector Apollo fauet
Gratia celeſtis quum ſit tibi magna tributa.
Conueniens mater nomen amanda dedit

Ad infantem faſciola colligatum. vt accepta pulte quā illi curioſe nutrix ſua parauit vagire deſiſtens lumina claudat iocoſum epigramma

Accipe parue puer nutricis dulce polenta
Quod tibi dilecto coxit amica manus
Fletibus irriguis aures ne obtundito noſtras.
Molleq; puluinar mollia membra tenet
Nunc igitur dulcem poteris captare quietem
Plurima diſtendit puls tibi ventriculum
Et tua circūſtans nutrix cunabila. verſus
Succinit. vt ſopiat. lumina claude tua.

Henricum promiſſi admonens. cultellum ioco ſurreptum remittit

Hac henrice tibi cultellum kempo remittit
Conditione ſui ſic memor eſſe velis.
Quod ſi forte petas promiſſi neſcius ipſe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 63

Littera quis facies hec mea verba feret
Ante dies octo fuerat quum ſepe tuliſti.
En tibi dilectos conuoco filiolos.
Raro ſatur meminit ieiuni. aut diues egeni
Aut promiſſa tene. aut dulcis amice vale.

¶ Ad caput cornutum viſu admodum terribile

Demones hoc poſſe caput exterrere malignos
Quo nihil in toto turpius orbe latet

¶ Ad pulcherrimam faciem

Digna quidem facies pro qua horrida ſepe mouerent
Milite collecto bella Agamennonij

¶ Ad Nicolaum ꝙ poſtmeridiano exercitio non interfuerit

Dulcibus aggreſſum num te venus aurea mulcet
Cuius in amplexus languida membra ruunt.
An labor immodicus vexatos deprimit artus.
Num tua ſunt multo membra ſepulta mero.
Surge age pulſatum eſt et tercia tranſijt hora.
Pellitur ex oculis tramite ſomnus iners.

¶ In dedicationem altaris

Hoc altare tibi preſul ſanctiſſima virgo
Dedicat et ſocium te Cyriace facit

¶ Conſolatio ad animam

Triſtia quum dulcis reſecantur ſtamina vite
Te vocat altitonans ni malefacta premant

¶ Confeſſio

¶ Sordida confiteor mentis penetralia Chriſte
Penitet admiſſi. noxia corda mali
En ego multiplici gemitu rea pectora tundo
Et fluit in meſtas ſedula gutta genas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 63

Tu licet indigne famuli miſerere ꝓcantis
Nam anime medicus te ſine nullus adeſt

Ad lectorem

Inter candidulos humilis ſtrepit anſer olores
Inter lucineas turtur amica gemit
Sic ego vix auſim phebreos inter amicos
Pangere raucidulus qualia cunctꝫ modis

TELOS FINIS



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 63

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 63

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 63

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 63

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 63

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 63

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 63

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 63

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 63

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 63